

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Privatrechtliche Urkunden und Amtslisten von 1266 bis 1332

**Schulte, Aloys**

**Straßburg, 1884**

1270 - 1271

[urn:nbn:de:bsz:31-326716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326716)

dicti<sup>a</sup> Luce, et magistro Rūlino notario domini episcopi memorati, et aliis quam pluribus fide dignis.

1270 Dezember 10.

Aus Strassb. Hosp. A. Prot. Prédic. 107. fol. 20<sup>b</sup>. cop. mb. nach einer Erneuerung durch denselben Bischof anno d. 1272, 6 idus marcii (März 10).

Schenkung. 34. Meister Billung, hofrichter zu Strassburg, macht bekannt, dass Lückart, Heinrich Marsilii seligen tochter, eine wittwe, dem kloster s. Katherina zu Strassburg ausser verschiedenen kornzinsen im lande das haus bei dem heiligen Kreuz zu Strassburg, das in der Judengasse, den hof in der Kalbesgasse genannt zu herrn Metzelin geschenkt habe. 1270.

Hosp. A. Prot. 231 Orph. (Copialb. s. Katherinae s. XV) fol. 199. Auszug in deutscher Sprache.

Freilassung. 35. Freilassung der Kinder eines servus durch den Bischof Heinrich von Geroldseck. 1271 Februar 1.

Noverint universi, quod nos H[einricus], dei gratia episcopus Argentinensis, Gotfridum, Hugonem et Annam, liberos Ingrammi quondam famuli nostri de Goudertheim, qui nobis ex successione parentum nostrorum seu patrimonii specialis attinet sicut servi, tam pro salute anime nostre, quam obtentu obsequiorum progenitoribus nostris et nobis a dicto Ingrammo et suis predecessoribus et consanguineis inpensorum manumisimus, eosque dedimus, donavimus, tradidimus, damus, donamus et tradimus ecclesie nostre Argentinensi et in eam eos donationis titulo transferimus ut libertos, sub hoc modo videlicet, quod quia predicti liberti jam longo tempore per propagationem a militibus seu eorum filiis saltem ex materna linea processerunt, qui talliis et exactionibus, sicut servis stricte solet imponi, fuerint immunes, ut ita dicti liberti et eorum successores seu propago talliis et exactionibus, angariis et perangariis, sicut imponi servis assolet, sint exempti et tantum, quando requirentur ex parte ecclesie, eos ut libertos moneat necessitas obsequendi, sicut ab antiquo circa libertorum obsequia jure et moribus est servatum. datum et actum vigilia purificationis beate virginis, anno domini 1271.

Aus Strassb. Bez. A. G 2703 (3117) n. 9. or. mb. c. sig. pend.

Schenkung. 36. Bertha, Nicolaus Wittwe, schenkt den Predigern eine Hofstatt. Februar 17.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. ego Bertha, relicta Nicolai bone memorie quondam civis Argentinensis, lego predicatoribus in Argentina aream dictam zū deme mulbōme<sup>1</sup> emptam a domine G[unthero] de Landesbere nomine meo per Rūlinum, notarium domini nostri episcopi Argentinensis, pro viginti quatuor marcis argenti cum omnibus, que in edificavero usque ad mortem meam, salva habitatione Sophye sororis mee pro vita sua, si eam michi supervivere contigerit. volo etiam, ut dicti fratres secundum cursum ordinis sui agant anniversarium meum, mariti quondam mei prefati, et Nicolai filii mei, et Sophye sororis mee, uno die. hanc igitur meam voluntatem volo valere, qualitercunque valere potest. et in majorem evidentiam hujus et firmitatem, cum proprium non habeam, sigillo reverendi patris et domini episcopi Argentinensis presentem cartam signari procuravi. datum et actum anno domini 1271, 13 kalendas martii.

Aus Strassb. Hosp. A. lad. 62 fasc. 23. or. mb. c. sig. pend.

Schenkung. 37. Heinricus Lencelinus, et Hedewigis uxor ejus, cives Arg., de consensu liberorum suorum Agnetis, Petri, Hugonis et Heinrici aream suam sitam inter pabulatores (super qua

a) cop. hat dicte.

<sup>1</sup> Nach einer Urkunde 1348, Mai 29 (daselbst) liegt das Haus in vico predicatorum (heute Goldschmiedgasse).